ac ad Vus suor suorumq Successorum quorius beneplacitos libe-
re et effectualiter convertendi Vigore ac more aliarum Re-
formationum hactenus et directus in Regno Poloniæ ob-
servari solitarum.

Et in Continenti Coram eodem officio et Actis præsentibus Ca-
strensibus Capitanealibus Præmysliensibus personaliter Com-
parens Nobilis Abraham Manastevski Sup. Recogno-
scentis Parens sanus mente et corpore existens a Terris
Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis pro-
priis et Competentibus recedendo præsenti Vero Castren-
si Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum
modernum attinet secum successoribus ac bonis suis genera-
liter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subij-
ciendo palam libere publice ac per expressum recogno-
uit. Quia ipse super eandem Inscriptionem Reformationem
per præfatum Nobilem Georgium Manastevski filium
suum Nobili Catherinæ Jaworska Consorti suæ legitimæ
Coram Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysli-
ensibus die hodierna factam consentit et eandem Inscriptio-
nem Reformationem in toto approbat confirmat et ratificat.
Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia
et singula mediante.

Manasterska Abrenuntiat.

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præ-
mysliensibus personaliter Comparens Nobilis Catherina
Jaworska Nobilis Nicolai Jaworski Dubik cum Nobili Anna
Wysoczanska Consorte eius legitima procreata filia Nobilis Vero
Georgy Manastevski Consors legitima cum eiusdem mariti sui
Vti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Vltroneo ad in-
frascripta recognoscenda Consensu sana mente et corpore
existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo præsenti

Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum præsentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit Quia sibi Recognoscenti de bonis Paternis et Maternis ratione totius et expeditionis se concernentes per manus supra exemplorum Parentum suorum satisfactum est, ob quam eiusmodi sibi Recognoscenti satisfactionem iisdem bonis Paternis et Maternis abdicat, abrenunciat perpetuis temporibus, stat hac præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula me dicente.

Feria Quinta post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio

9/III

Dwernicki et Szeptycki mutuo sese Quietant

1742

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Theodorus de Dwernik Dwernicki ab una et Alexander Szeptycki parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo præsenti Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus

totaliter